

# The Digital *Viridarium consolationis* Project

## Pars 4: De aliis virtutibus Caput 3: De correctione Domini (18)

Item (Gregorius):

Discat non murmurare qui male patitur,  
etiam si ignorat quare male patiatur,  
sed per hoc se iuste pati arbitretur,  
quod ab illo patiatur, cuius nunquam iniusta iudicia sunt.  
Qui flagella sustinet et contra deum murmurat,  
iustitiam iudicantis accusat.

Discat non murmurare qui male patitur,  
etiam si ignorat cur mala patiatur;  
et per hoc iuste se pati arbitretur,  
per quod ab illo iudicatur, cuius numquam iniusta iudicia sunt.  
Qui flagella sustinet et contra Deum murmurat,  
iustitiam iudicantis accusat;  
qui uero se cognoscit a iusto iudice pati quod sustinet,  
etiamsi pro quod patitur ignoret, per hoc iam iustificatur  
per quo et seipsum accusat et Dei iustitiam laudat.

Isidorus Hispalensis, *Sententiae*, 3.4.2a-2b (CCSL 111,  
P. Cazier ed., pp.202-3, ll.6-14).